

LESSUS

In Luctuolum

Beatissimum tamen Obitum

MATRONÆ

Sexūs Sui Virtutibus

Fulgidissimæ

88

# BARBARÆ, Nat. CZIEREN- BERGIAE

VIRI

ADMODVM REVERENDI, AMPLISSIMI  
CLARISSIMI

DOMINI

# EPHRAIM PRÆTORII,

Ministerii Orthodoxi Thoruniensis SENIORIS

Vigilantissimi,

Et ad Div. Mariæ Pastoris Meritisimi,

CONJUGIS Desideratissimæ,

Die 29. Mense Octobr. pīe ac placide defunctæ,

Et pro More Temporis ad D. Georgii mox sepulta,

post die 5. Novembr. in Aede B. Virginis

Christiano ritu & solennibus Ceremoniis cohonestata,

in Solarium DN. VIDUI, & Superstítium

Consanguineorum,

compositus

MINISTERIO THORUNIENSI.

THOKUNII,

IMPRESSIT JOHANNES NICOLAI, NOB. SENAT, ET GYMNASII TYPOGRAPHVS.

msd

**R**ebus in adversis alios cum flectere possis,  
Solamenque ægris addere pectoribus.  
Tenunc vix ipsum, Senior Venerande valebis  
Solaris, Coniux mortua quando pia est.  
Spiritus ergo DEI Te Sancto robore firmet,  
Immissam possis ut tolerare crucem.  
Nos Senio & curis saturi comitabimur illam,  
Quando aderit nostris horæ beata malis

In memoriam beatissimæ Dominae Matronæ  
& solatium Adiu. Rever. Domini Vidui pa-  
ri dolore affectus viduus.

Michael Ringeltaube  
Ecclesiastes ultra Quinquagenarius.

**O**Dolor! Imperium quam quæso Mortis acerbum  
Et durum est! omnes ad sua regna rapit.  
**BARBARA** Virtutis veræ & Pietatis imago,  
Totius cœtus stemineque decor,  
Candori Probitas, & rara modestia juncta,  
Certam hoc pectus perpolière pium;  
Nec tamen, ah! valuit durum intervertere fatum,  
Quin potius Mortis jura tremenda subit.  
Dura quidem res est, fator, concordia corda  
Scindier, unanimes dissociari animas;  
Cum tamen ista DEI semper sint signa benigni,  
Sistendus mœror, quo laceraris, erit.  
Edimur, egredimur: sacro velut ipse fateris  
In Suggestu, homines edimur, egredimur.

In honorem beate Defunctæ & Solatium mo-  
stissimi Dn. Vidui, Collegæ honoratissimi,  
œvnaðw fecit, Salutem, Sanitatem, Patien-  
tiam sub cruce decumana Christianam, &  
Consolationis divinæ amplitudinem ðlouag-  
dias p.

GODFREDUS WEISSIUS.  
ad D. Mar. Ecclesiastes.

**C**olloquium tristissimi Domini vidui atque conjugis  
ejus pœ defunctæ:

**O**mnia contenens Mundi terrena, JEHOVAM  
Dilexi mecum mente, fideqve pia!  
Pector te mœsto cur non dulcissima conjux  
Deplorem? fidam semper amore mihi  
Heu mortem diram, heu mortis fleibile telum,  
Ex ulnis mihi quæ dulce cor hocce rapit!  
O me infelicem palmis nunc pectora tundam  
Cogor; cum lucretus omnia plena malis.  
Undique me miserum circumstant mille pericla,  
Grande crucis semper, tangit & angit onus.

Iam

Jam sum rapta Tibi per mortem chare MARITE,

Quando emigrandi mobile tempus adest,

Ulque adeo magna fletu mea funera fuges:

Horror te, mittas fructitæ lacrymas.

Est caro mortalis mortali semine creta:

Transit & in Senio temporis unbra fugax.

Temnere nolito decreta adamantina mortis;

Sic visum credens esse memento DEO.

Vixeram interris fortunæ turbine prella,

Jam cœlo vivo, nulla pericla timens.

Auxetas ubi cuncta fugit, lacrumæque dolores,

Est ubi vera qvies, est ubi tua salus.

Omni nuncqve vale vale opto tempore sanus;

Teque videbo choro, meque videbis ovans,

Blanda fuere mihi mala tecum ferre theatra;

Jam te dilectam mors inimica rapit!

Attamen hoc placuit Domino sic; est bene factum,

Quæ fuit (Ah!) Domini, næ benefacta, manus.

Altera pars terræ commissa, sed altera cœlo,

Judicio junctim quæque redibit ovans.

Onos felices tantiquos æstimat ævo,

Et quibus ætherea sede parata loca!

Tu pœana novum cantas jam pectori dulci,

JHOVAM concelebras, Aligerumque choro,

Regnes perpetuo cœl. sti sede triumphans

Et vixtrix capias cœlica serta pia.

Hoc precor atque opto tristi tibi pectori toto:

In cœlo vivas gaudia summa tenens.

Cond. lens appositus 1613

MARTINUS OLOFF,

Eccl. Iesu Christi Pol. ad D. M.

**M**As ist das Leben hier? Nur eine Wanderschaft/  
Mit Sorgen Müh, und Angst bis an das Grab be-  
hast:

Da findet sich erst die Ruh, und fängt an das Leben

Das Gott den Seulzen versprochen hat zugeben.

Nach diesem hat sich siets geschah der fromme Geist

Des Körpers, der nunmehr zu seinem Grabe reist:

Solch Seulzen hat auch bald der höchste Gott erhöret/

Und dieser lieben Seele die Seeligkeit gewehret.

Derselbe woll auch nun versüßen ihre Pein/

Die über diesen Fall von Herzen traurig seyn/

Dass Sie in Gottes Rath auch geben ihren Willen/

Der wird ihr Herzen leyd mit Freuden Frieder stulen.

Zu lehren Ehren seiner wehrten Fe. Gefattern auch  
zu Trost J. G. W. dem Herrn Semot, seitje dieses

in eyl unter vielen Geschäften aufz

SAMUEL Schönnwaldt

Ecclesiastes zur H. Dreyfaltigkeit.

**Q**uæ pietate DEUM coluit, charumquæ Maritum,  
Et cunctis grato dedita corde fuit.  
Hæc moritur subito, post se grandemque relinquens  
Mœrem tetra contumulatur humo.  
Hinc Senior noster queriturque doletque Maritam  
Amissam, mœstæ subsidiumque domus.  
Sed cohibe luctum, Senior Venerande, Marita  
Non pereit, præiit sospes ad astra poli.  
Te modo Sancta Trias longævos servet in annos,  
Ut possis Sancti munus obire DEI.

Compatiens scriptit  
**CHRISTOPHORUS RAZKI.**  
Eccles. ad S. Georg. polon.

**V**ir multum venerande, tuas expendo querelas,  
Justi cui nunquam causa doloris abest.  
Causa doloris adest justi, nam nobile germen  
Virtutum in tumulo membra caduca locat.  
Ante diem moritur tibi conjux, fœmina clara,  
Fœminei exemplum lumen honosque chori.  
Et vulgo notum: Magna probitate decoram  
Uxorem sociam perdis & inde doles.  
Hujus cernebas concludi lumina vinclis,  
Auxiliatrices atque stupere manus.  
Qvive leves fuerant mandanti ad cuncta parati,  
Spectasti exsangves obriguissle pedes.  
Attamen haud nimium dolcas! divina voluntas  
Præscribat verum constituisse modum.  
Ergo voluntati patiens succumbe Iehovæ,  
Muleebit vulnus, toller & ipse datum.

Condolentie & consolationis gratia fudie  
**DANIEL KOEHLER.** Ecclesiastes ad D. Marie.

**N**on mea, non hominum, fiat tua, CHRISTE, Voluntas.  
MATRONÆ hoc DIÆ nobile Lemma fuit.  
Decumbens dixit: fiat tua, Christe, Voluntas:  
Sic onus immensum, perleve, dulce fuit.  
Et moriens gemuit, fiat tua, CHRISTE, Voluntas.  
Exremo clausit sic sua fata die.  
Omnipotens DOMINUS nostrum MYSTAM SENIOREM  
Conseruet sanum, prosperitate beat.

Hæc debiti honoris ergo, Pie defonsæ Maritæ Dn. SENIORIS  
venerandi Ministerii nostri apponere voluit ac debuit  
**GODOFREDUS CHOLEVIUS**  
Eccles. Grembocinensis Rogoviensis & Lubicensis.

**P**estiferum parcit proprii saxe periculum,  
Qui procul, id forsan tutus adire solet.  
Quam cum funeribus curas de more sepulchro  
Uxorem tradi, Vir Reverende, Tuam,  
Nunquam cum multis habuit commercia; morbo  
Concepto extincta est virus habente tamea.  
Peste venenata qui servis proximus ægris,  
Integer has celebras funeris exequias.  
Te DEUS, ac alios, qui consolantur cuntes  
In finem, serves peste furente, diu.

Condolens appræcatus  
**JOHANNES HELD,** Past. Gurk.